

8204 dis manibus | Iuliae Feliculae | coniugi bene | merenti, eiusdem | filio Neptunali, pater | fecit Euaristus public.¹ | Iulianus sibi et suis | poterisque (*sic*) eorum. |

Hospes, ad hunc tumulum | ne meas ossa precantur | tecta hominis, set² si gratus | homo es, misce bibe da mi.

Romae (VI 2357 vidit Henzen). Buecheler *carmin. epigr. n. 858*. — 1) Publicus, sc. servus, cf. supra N. 4982 cet. — 2) set delendum (Burmans).

8205 in fr. p. XXII in ag. XXVI. M. Camurius P. f. Rom. Soranus. Hoc monumentum heredem non sequetur. Se[*i*]¹ hoc monumento ullius candidati nomen inscripsero, ne valeam.

Romae (VI 4343 semel ut videtur descripta ante saec. IX, quod exemplum refert vetus codex Einsidlensis). — 1) sed traditur.

8206 ita candidatus fiat honoratus tuus
et ita gratum edat | munus tuus munerarius
et tu¹ | felix, scriptor, si hic non scripseri[s].

Fori Populii (XI 575 vidit Bormans). Buecheler *carmin. epigr. n. 495*. — 1) Insere sis. — Simile est carmen XI 4426 = Buecheler 194.

8207 inscriptor, rogo te ut transeas hoc monumentum . . .¹ quouis candidati nomen in hoc | monumento inscriptum fuerit, repulsam ferat neque honorem ullum unquam gerat.

Romae, in turri moenium urbis olim adhibitus lapis (VI 29942 aliquoties descripta saec. XVI exeunte). — 1) Litteras sto . . . um vel sto . . . as . . . um hic legerunt nonnulli.

8207^a ita valeas scriptor, hoc monumentum | praeteri.

Prope Aquileiam (V 4490 ter descripta saec. XVIII). Buecheler *carmin. epigr. n. 496*. — Adde N. 3601. 4544^b. 7602.

8207^b stercus intra | cippos qui fecerit, | aut violarit, nei | luminibus fruatur.

Veronae (Pais C. I. L. *suppl. Ital. I n. 653 qui vidit*).

8208 L. Sentius C. f.¹ pr. | de sen. sent. loca | terminanda coer.² | B. f.² Nei quis intra | terminos³ propius | urbem ustrinam | fecisse velit nive | stercus cadaver | iniecise⁴ velit. (*in altero ex terminis appictum*) stercus longe | aufer, | ne malum habeas.

Romae prope aggerem Servianum rep., termini duo, eodem fere loco quo N. 6082 (VI 34614. 34615 hunc solum vidit Huelsen). — 1) Idem ut videtur memoratur in nummis cuspis aetate Sullana (Momms. *Roem. Münzw. p. 579 n. 207*) (Momms.). — 2) Terminabant cippi hi eam partem campi Esquilini quo aetate liberae rei publicae licebat conicere et alia omnia et ipsa cadavera (Momms.). Cf. supra N. 6082. — 3) Bonum factum (*sic praescribi solitum edictis, cf. Plaut. Poen. 16. 46. Tertull. de pudic. 1, cet.*). — 4) iniecisse alter lapis (*is quem vidit Huelsen*).